exorcista. sequens subdiaconus. diaconus. presbiter. et exinde episcopus ordinaretur. et regiones diuisit diaconis.

Marcellinus Tricesimus natione romanus ex patre proiecto sedit annos VIIII. menses II. dies XXV. fuit tempore diocletiani. a quo ad thurificandum diis coactus. et post paucos dies penitentia ductus martirio coronatus sepultus est in cubiculo via salaria. quia sic ipse praeceperat. quod usque hodie patet.

Marcellus XXXI. natione romanus ex patre benedicto. sedit annos V. menses VI. dies XXI. fuit tempore maxencii. a quo et martirio passus est. quia noluit sacrificare demoniis sepultus est in ciniterio priscillae uia salaria.

Eusebius. XXXII. natione graecus et medicus sedit annos II. mensem ~~unum~~ I. dies XXV. fuit tempore constantii et sepultus est in cimiterio calisti. Huius tempore inventa est crux domini nostri iesu christi V. Nonas Mai.

Melchiades. XXXIII. natione afer sedit annos III. menses VII. dies VII. fuit tempore constantii. et sepultus est in cimiterio calisti. Hic constituit nullatenus dominica die aut quinta feria ieiunandum. Hos enim dies pagani ieiunio uacabant. et instituit sacratas oblatas dirigi presbiteris, quod est fermentum.

Siluester. XXXIIII. natione romanus ex patre rufino. sedit annos XXIII. menses X. dies XII. fuit tempore constantini. et sepultus est in cimiterio priscillae via salaria. miliario ab urbe uno. Hic constituit crisma ab episcopo confici. et privilegium episcopi ut baptizatum consignet propter hereticam suasionem.

Diocicianus

Maximianus

Caesares

Maxentius

Constantius

Galerius et Licinius

[illegible] Pass. S. Afrae Acta SS. Aug. [illegible] p. 56. et [illegible] ex [illegible] 59. [illegible] de Dionysio episcopo [illegible]

Constantinus cum Constante

Quo regnante beata AFRA apud Augustam Vindelicam in insula Licathomis caesa, dein igni consumpta est. Cuius corpus inde relatum in propria possessione, ut antiquis erat moris, iuxta domum suam ad australem plagam est conditum. Ubi circa ipsius memoriam infra septimanam Hilaria mater eius cum Digna et Eunomia et Eutropia a paganis ~~pro~~ fide Christi concrematae. et alii numero ~~XXV.~~ 25 decollati sunt et tumulati. Dyonisius etiam episcopus factus sedem episcopalem martirio sublimavit. Iste avunculus sanctae Afrae Zosimas ante conversionem traditur esse nuncupatus. Cuius depositionis dies [illegible] ubi corpus eius requiescat, crassante saevicia barbarorum, hactenus incertum